Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Franciscus Macciadus, & P. Bernardus Pereira.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

exploratores omnibus ex-
Fides. quiſitæ ſolertiæ artibus ad
necem quærerēt, ab eo apud
quem diuerterat, metu per-
culſo, non quidem proditus
eſt, ſed clã nocte intempe-
ſtâ, Cælo tunc maximè im-
bribus ſæuiente, dimiſſus è
domo. Ab eius noctis in-
commodis morbum contra-
xit; quo intra triduum con-
fectus eſt, cùm ad cruentam
mortem toto deſiderio aſpi-
raret.

*P. Franciſcus Maccia-
dus,*

& P. Bernardus Pereira.

Sultano Sequedo Æthio-
Luſitani. in Aethiopia. Septembri. 1625. piæ Imperatore ad Chriſtum
adducto, ad ingentem rei
Chriſtianæ ſpem eò profici-
ſcebātur duo hi Patres Goâ.
Fides. Per iter ab Auxa Gurellano
Principe Mahumetano, car-

ce-

cere, ludibrijs, vinculiſque vexati ſunt, atque occiſi, quia id placiturũ credebatur Cabraëli, qui contra Sequedum Abaſſinę Imperatorem Chriſto addictum, pro Schiſmate tuendo arma ferebat: & ſciebatur Patres hos ad Sequedum pro fidei Chriſtianæ propagatione, adeòque pro extirpando ſchiſmate, proficiſci.

Thomas Riocan.

Ludouicus Caſucu.

Dionyſius Yamamoto. Nouitij.

Tres hoſce Seminaria Societatis ad omnem Chriſtianæ diſciplinæ normam inſtituêre. Vnde illi poſtea ſocijs inter labores Euangelij vtiles vbique adiutores, ac periculorum quoque ſocij fideles adhęsêre. Fuêre ali- *Iapones. Cocuræ. Septembri. 1633.*